



agri in  
atque  
responde  
nam mul  
tatio  
renon  
rescar  
mfecun  
fionis  
pripio  
empore  
larer  
qua  
tuom  
tua  
cor de  
forq  
ena in  
erit qua  
et hinc  
si uator  
spatio  
non quom  
me dicit

putant quod futurus sit peregrinus in terra & paruo tempore terrae  
usurus hospicio & quasi uir pertransiens aerobustus relicto israhel tendat  
ad gentium multitudinem: ut de loco ad locum de populo ad populum.  
de templo ad ecclesiam transeat; quod autem iuxta lex dicitur: non quid  
eris quasi homo dormiens & quasi uir qui saluare non possit. similitudi  
nem ponit non reuerentiam secundum illud quod scriptum est; surge  
cum dormis dñe non quod dñs dormiat: de quo dicitur non dormitabit  
neque dormiet & qui custodit israhel. Sed quo hinc uidetur dormire quos  
desertit denique & in consequentibus non scribitur uir dormiens qui  
saluare non possit sed quasi uir in ueroque. <sup>an tuo pa cos</sup> ΔΝΕΡΩΠΟΠΛΩΥΕ  
Tu autem in nobis est dñe & nomen tuum supernos inuocatum est. ne de  
relinquas nos siue ne obliuiscaris nri. qui a pud iudaeos quasi ad uena  
futurus es & uator & uir uagus & antequam deserens mansionem  
in nobis habitet & nomen tuum supernos inuocatum est ut appel  
lemur xpiani. idcirco ne de relinquas nos neque obliuiscaris nri  
quibus de futuro aduentu tuo omnium prophetarum ora ceciner;  
haec dicit dñs populo huic quia dilexit siue dilexerunt mouere  
pedes suos & non quieuit siue non pepercerunt. & dño non placuit siue  
& dñs non con placuit sibi hñis. nunc recordabitur iniquitatem eorum  
& uisitabit peccata eorū; Dicente populo quare factus es ut ad uena  
& uator & uagus ut tuā deserat mansionē; Respondit dñs populo  
quondam suo; uis nosse rationem ausculta quod dicitur; Quia dilexit  
populus mouere pedes suos & non abstulit eos de tō pede peccatorum siue  
non quieuit & stare non potuit. idcirco & ego deseruē & nulla mihi

lxvii.